

INSTITUTIONVM
IVRIS CANONICI LIBRI

QUATVOR,
M. ANTONIO CVCCHO
IVRISC. AVTHORE.

*Cum argumentis & notis brevissimis Martini
Gilberti vtriusq; Iuris Cons. ac nuper Lu-
tetie Profess. ordinarij, & in supre-
mo Senatu advocati, nunc ve-
ro apud Tolosates Regij
Senatoris.*

adiecto rerum necessariarum Indice.


I
N
V
I
R
T
V
T
E;



E
T
F
O
R
T
V
N
A.

LVGDVNI,
APVD GVLIELMVM
ROVILLIVM.

1574





MARTINVS
GILBERTVS SOPHO

IN
SVO FOELICI-
TATEM.

F A C I O perlibenter (quan-
do suades) vt, quæ auidis
auditoribus dederam an-
notatiûculas, dum eos bre-
uitate & facilitate ad Ca-
nonici iuris Institutionum lectionem
excitarem, vulgus habeat: iusta fortasse
cõmentaria aliquando editurus, si hanc
nostram quantulamcunque operam iu-
uentuti non ingratham sensero, quam
circa has Antonij Cucchi Instit. eo im-
pendi libentius, quod, cum plerisque
doctissimis viris, agnoscam opus nec
breuitate obscurum, nec inopia ieiun-
num, imo hercle rerum docendarum
delectu exactum, & docendi methodo
perfacile, limatum quidem (quod nemo
negabit) atque elegans: quo (vt verum



INSTITVTIO-

NVM IVRIS CA-

NONICI LIBER

PRIMVS.

De Iure Canonico. Tit. 1.

Quid sit ius canonicum, & quare ita dictum.



Ius Canonicū (id est, con-
stitutio i ecclesiastica¹,) ni-
hil aliud continet, quàm
quod in diuinis scripturis,
& legibus inuenitur: 2 di-
uinæ verò leges natura consistunt: quò

*a dist. iij.
in sum-
ma.*

¹ id est, constitutio. Constitutionis verbum apud
Ecclesiasticos semper in genere sumitur, & illud
sonat quod Lex apud seculares: vt aliunde alibi
tradidi.

² & legibus inuenitur. Eadem hæc Gratian. ex
Isid. his verbis expressit, humanum genus naturali
iure & moribus regitur, i. diuino & humano iure.
c. 1. & 2. dist. j. Naturale ius ideo diuinum dicitur
quòd à naturali iure nunquam diuinum recedere
censeatur. Humanum vero seu ciuile ius ideo mo-
ribus constare dicitur, quòd pro cuiusque populi,
gētis, vel ciuitatis moribus diuersum cōstituatur.
s. ius autem ciuile. Instit. de iur. nat. gent. & ciuil.

3 quod